

Linea regū assiri
orum

Ascades



Amyntas



Bellothus



Aptheros



Eructoni



Fenix



Ladmus



Aptheros Rex crethe primo mellis colligendi vsuni inuenit. huius filia ex
incestu concepit de qua mirabilia narrat. Et post ibidem filius regnauit et di
ctus fuit audis leges fecit et primus boues aratro iunxit. Eructonius
Arbeniensium princeps primus in grecia quadrigam excogitauit. Fenix ille in tyro
et sydone regnauit vsuque litterarum tradidit. et colores feniceos quo capitalia fie
rent inuenit. **Α Β Γ Δ** Alpha vita Beta Delta.

Α Β Γ Δ

Α · Β · Γ · Δ

Corinthus urbs fuit Achaie olim insignis qui primus a Sysipho latrone
Aeoli sup Isthmum in medio maris ionii et egei constructa fuit. Octuagesimo
etate moysi anno. primo Certhya dein aucta Epbyra vocata. Unde et
apud virgilium Ephyreaque era. Nam Corinthii in ere fundendo principatum obtinebant
eo quod ibi pulcherrima et artificiosa eiusmodi eris fiebant vasa. Sed postquam euerfa et ab
Corintho Drestis filio restaurata Corinthus cognosciata fuit. Ultimo a romanis ac
censa nunc coaluit ut ostendit floruit et iustinus. Fuitque teste Apulegio libro de magici
regionis caput. Apud corinthios primum imperium assumpsit et regit Atletes gre
cus luctator victoriosissimus. Regnauitque in Corintho sub regibus duodecim. annis
323. Postea respublica per annuos magistratus gubernari cepta est. Peloponessus
puicia quam hodie latini Moream vocant totius grecie quondam arx dicta regio est pene
insula. haud ulli terre nobilitate preferenda. Inter duo maria Egeum et Ionium. pla
tani folio similis. Angustiam praeedit Isthmos appellat. in ea strictura quae Ber
roneson efficit ciuitas est chorinthi. medio interuallo colli applicata. Sed has ipsas
angustias (ut plinius retulit) profodere nauigabili alueo tentauere Demetrius rex Ce
sar dictator ceterus princeps. domitius nero infausto (ut omni exitu patuit) incepto Gre
ci principes postquam Turcorum potentia europam penetravit ex mari ad mare perducto per
angustias muro peloponessus a reliqua grecia disiuxerunt Isthmum examiliu vocauerunt
Corintheos ab idolorum cultura ad veram dei religionem Paulus apostolus rationibus et do
ctrina atque miraculis pertraxit. Nunc ea regio tota impio Turcorum adiecta est.

Corinthus

